

*Litera multi officii & consilii.*

*Litera accurata diligentia.*

*Cicero erat tenuissima valetudinis.*

*Cicero erat tenuimã valetudine.*

*Sum animo leto, magno, forti.*

Sed solo Genitivo constituuntur: *Homo nullius frugis, Homo minimi pretii. Est quantivis pretii.* Itaq; usus etiam alicubi consulendus est.

## XV.

Hæ voces: *Tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quanticunq;* substantivè sumptæ verbis æstimandi, & mercandi adduntur: ut, *Quanti æstimas? Quanti emisti?*

*Ego pluris emi quàm tu.*

Sunt autem æstimandi verba: *Æstimo, duco, facio, habeo, pendo, puto, sum.*

Verba mercandi sunt: *Emo, coëmo, redimo, vendo &c.*

Verbis æstimandi adduntur etiam hi Genitivi: *Magni, parvi, maximi, minimi, plurimi, flocci, nauci, nihili, lucri, pili, assis, teruncii, & hujus* demonstrativè: ut,

*Flocci facio. Non hujus facio.*

Æstimo & mercandi verba sæpè etiam sine & cum Substantivo pretio recipiunt hos Ablativos: *Magno, permagno, parvo, paululo, minimo, plurimo:* ut,

*Magno ubiq; pretio virtus æstimatur. Cic.*

*Tu ista permagno æstimas.*

K 4

Magno